



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 63. Rex de hac sententia apud Papam questus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

nihilominus hoc diploma Romæ affigebatur, frustra sese opponentibus Burcardo, & Lotharingio Cardinalibus: nam prævalebat juri, ac justitiæ auctoritas Romana: interim ubi Lotharingus Cardinalis severum hoc judicium compererat, Pontifici acrius rem exponebat, ac priusquam Tridentum veniret, acerbas ad eum dedit literas: verum Pontifex mox ei hæc in responsis dabat: „quod ad Joannam Nava-
„varræ Reginam spectat, jam illam in
„jus vocavi, sexque menses illi consti-
„tui, ex quibus singula bimestria
„perinde se haberent, ac unus ex
„tribus terminis judicialibus: porro
„factum infectum fieri non potest, si ta-
„men illa resipiscit, filioque permittet
„sacro interesse, cuncta sedabuntur,
„sin minus, Deus rebus prospiciet.,
Idem ferme circa Cardinalem Castilloneum, aliosque Franciæ Præsules Romanam evocatos rescripsit, & suæ sententiæ æquitatem propugnavit.

§. LXIII.

*Rex de hac sententia apud Papam
questus.*

Thuan. l. 35.
cap. 5.

Cum Rex, Regina, omnesque Gallici Regni Proceres hanc agendi rationem ægre ferrent, mox ad Henricum Clutinium Oyselium, qui in Romana Legatus

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

Legatione non ita pridem Infulano successerat, mandata expediri jusserunt, quorum summa hæc erat: „Ad primos „rumores in Galliis sparsos Rex faciles „aures præbere cunctabatur, postquam „vero ipsemet sententiam Romæ affi- „xam perlegerat, summam inde indi- „gnationem concepit, & quidem ex se- „quentibus rationibus ejus jussu scripto „editis. I. Navarræ Regina in digni- „tate ceteris Regibus haud inferior est, „hinc ipsius periculum æqualiter in o- „mnes redundat, ut proin cuncti illam „defendere obstricti sint, præcipue vero „Franciæ Rex huic viduæ sanguine „junctus ejusdem jura, cujus proles „ipse educandas suscepit, cujusque Ma- „ritus pro Religione contra Protestan- „tes tuenda vitam omisit, protegere „tenetur. II. Eadem hæc Regina „clientelari fide Franciæ Regno obno- „xia est, ideo plurimum Regni inter- „est, ut nec Romam, nec aliorum e- „vocetur, ac ibidem nec per se, nec „per Procuratores suos compareat, eo- „quod in ipsis caussis, quarum cogni- „tio via appellationis ad Papam perti- „net, Franciæ subditi Romam venire „compelli nequeant, sed Papa judices „ex eodem Regno designare teneatur: „ut proin hæc citatio Regiæ dignitati, „nec-

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

„necnon juribus, securitati, ac Regis
 „Regnique honori advesetur. „

III. „Rex quoque, cum hoc ipso in-
 „scio fuisset attentatum, iniquo admo-
 „dum animo fert suæ dignitatis con-
 „temptum: si enim hæc accusatio ob
 „Religionem, & Dei gloriam instituta
 „fuiisset, præprimis opportuiffet, ut
 „Papa de animæ salute hujus Reginæ
 „sollicitus juxta Dei Verbum congrua
 „adhiberet media, non autem ejus
 „bona, & Regna proscriberet, eaque
 „primo occupanti attribueret. IV. Su-
 „prema etiam potestas Pontifici dun-
 „taxat data est, ut animarum saluti,
 „& Christianæ rei, publicæque tranquil-
 „litati prospiciat, non autem ut Prin-
 „cipes suis Regnis spoliet, ac de illo-
 „rum bonis pro suo arbitrio disponat:
 „Itaque submissione, ac reverentia om-
 „nino debita Rex Papam exorat, ut
 „sententiam, quæ in hanc Reginam
 „lata est, revocet, atque publico di-
 „plomate hanc in rem edito Ministris
 „suis hujus causæ cognitionem auffle-
 „rat: si vero id renueret, Rex ea ad-
 „hibere cogetur remedia, quibus juxta
 „Regni sui leges in ejusmodi occasio-
 „nibus ejusdem Majores uti consueve-
 „runt: de cetero autem Rex præprimis
 „declaret, quod omnino invitus in causa
 „adeo justa potestatem sibi a Deo da-
 „tam

„tam, fuorumque amicorum opem im-
 „penderet, totamque culpam in eos
 „rejiceret, qui ausu tam temerario ipsum
 „ad hujus remedii necessitatem com-
 „pulissent. „

Postea seorsim Oyselio alia mandata
 magis ampla circa Episcoporum causam
 dabantur, atque hanc in rem pro-
 ferebantur Parisiensis Senatus edicta,
 necnon exemplum Maximi Valentia-
 rum Episcopi, ob varia crimina accu-
 sati, de quo tamen Bonifcius I. pronun-
 tiavit, quod hujus causæ cognitio ad
 Gallicanæ Ecclesiæ Episcopos perti-
 neret: verum insuperhabitis ejusmodi
 rationibus summus Pontifex Navarræ
 Reginam anathemate percellebat, quam-
 vis illa hanc pœnam flocci haberet:
 attamen postmodum Papa hanc senten-
 tiam revocabat, irritamque declarabat,
 atque judicii acta jam contra Franciæ
 Episcopos ob hæresin in jus vocatos
 inchoata ulterius profequi prohibebat.

§. LXIV.

*Franciæ Oratores Tridentum redire
 renuentes.*

Interea Franciæ Oratores adhucdum
 Venetiis hærebant, ac insuperhabi-
 tis aliorum sollicitationibus absque no-
 vo Regis mandato Tridentum reverti
 pertinaciter renuebant. Quinimo Fer-
 rerijs

Sæc. XVI.

A.C. 1563

Pallav. c. 6.

num. 10.

Mem. p. 524.

Hist. Eccles. Tom. XLVI.

Op. rerijs